

Cl. 168.

X 197 6170

III

Ve

1197

Q. D. B. V!

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

SCHRIFTSASSIS,

Quam

Indultu

Magnifici Ordinis Juridici

SUB PRÆSIDIO

DN.

GEORGII ADAMI Struven/

Hereditarii in Uhlstädt / Jcti & Antecessoris

in Illustri hac Salana celeberrimi, Ducum Sax. Consi-

liarii eminentissimi, Facultatis Juridicæ Senioris dignissimi,

Curia Provincialis & Scabinatus Assessoris gra-
vissimi,

Dn. Patroni & Præceptoris omni observantiæ

cultu devenerandi

ANDREAS Frauendorff / Numburg.

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores capeffendi

Publicæ Eruditorum disquisitioni

subjicit

In Auditorio Jctorum

Horis ante- & pomeridianis

Ad d. Julii M DC LXVII.

J E N Æ

Literis JOHANNIS NISI.

K. 168.


9 1/2

DISPUTATIO INAUGURALIS
SCHARFESTASSIS

Magnifico Ordinis Juridici
Praeside

GEORGII ADAMISII

Herzogum in Anhalt & Anhalt-Bernburg



PRO

In Anhalt-Bernburg

ANNO 1811

J. K. E.

JOHANNES





C. D!

CAPUT I.

De

Nomine Natura & Essentia Schriftsässiorum.



Vocem SCHRIFTSASSII esse compositam à **Schrift** & **Sassen** facile quisquis intelligit. Quod simplicem voculam **Sassen** attinet, à sedendo eam derivari in propatulo est. Sedere porro in vernaculo est propria DOMICILII VOX, quod Latine RESIDERE dicimus: Hinc formulæ Germanicæ: **Sich an einen Orth setzen / seinen Sitz wo nehmen / häuslich niederlassen / einen Ansitz wo haben.** Latinis: **SEDEM PONERE, FIGERE** alicubi. Nec tamen perpetuò domicilium includit, sed & nudam rei POSSESSIONEM in aliquo loco sine domicilii constitutione in eodem denotat: ita dicitur quis **gesessen / angesessen** / etiam qui immobilia solùm alicubi, veluti agros possidet, licet alibi habitet.

Hæc utut levia sint atque aperta, neque ullâ demonstratione indigeant, non posthabenda tamen fuere.

Ex his enim conficitur, SASSIUM, liceat ita loqui, vi vocis dici eum, qui aut residet actu alicubi, aut saltem res immobiles ibidem possidet.

A 2

Resi-

Residentia ergò actualis in aliqua ditione aut civitate constituit ibidem DOMICILIUM.

Si quis verò actu non residet alicubi, habet tamen prædium & ædes, in quibus residere posset, tunc etsi non actu habet domicilii jus, per *l. libertus. 17. § sola domus. 13. ff. ad municip.* tamen potentià, & fortitur Jus CIVITATIS in illo loco, sive STATUS ATQUE ORDINIS: Quos enim Romani CIVES alicujus Provinciæ aut Re publ. vocant, hi nostris moribus, præsertim Saxonis, STATUS ATQUE ORDINES **Stände**: appellantur, & civium nomen Municipibus aut subditis civitatum ferè remansit.

Tandem possessio sola immobilium sine commoditate & jure domicilii, licet neque forum domicilii; neque necessario Jus Status aut civitatis tribuat, confert tamen SUBJECTIONEM, & forum saltem RATIONE REI SITÆ, & facit SUBDITUM SECUNDUM QUID.

Denique omnem SASSIUM esse SUBDITUM ejus Jurisdictionis & Territorii, in quo residet, aut saltem possessionatus est, itidem hinc constare arbitror. Conf. Magnif. Dn. Richter. Jct. & Ordinariū in Illustri hac Salana eminentis. Dn. Patron. & Præcept. omni observantiæ cultu devenerand. *Tr. de Signif. Adverb. Adverb. Immediatè.*

Illorum autem quos Sassiōs vocare ausi sumus, varia prætereà genera, pro varietate Territorii, respectu cujus tales sunt, existunt. Et ut alias Regiones non moramur, ita de Imperio nostro Romano-Germanico modò sumus solliciti. In eo Territorium primò omnium UNIVERSALE est Imperatoris & Imperii **der Reichs/Boden**/ejusque ratione dici posset **ein Reichs/Sasse**/qui immediatè sub Imperio sedet, IMMEDIATUS Imperii SUBDITUS, quales sunt Nobiles Liberi, in Franconia, Svevia,

&

& ad Rhenum, de quibus Befold. *Thef. Pract. Voc. Freye Reichs Ritterschafft* / Magnif Dn. Strauch. Jctus & Syndicus Reip. Brunovicensis primarius *Differtat. de Statut. à Summo Princ. Thef. 7.* Et omnes Imperii Status sive Cives.

Deinde Territorium competit PARTICULARE cuius Imperii Statui, & voce **Land** solet efferri, ab eo denominantur **die Landsassen** / h. e. SUBDITI PROVINCIALES, qui subsunt Statui Imperii **der Landes Obrigkeit** / & hinc ratione Imperii dicuntur SUBDITI MEDIATI **gemittelte von Adel** / Befold. *Thef. Pract. Voc. Landsass* / Dn. Carpz. *Part. 1. Defin. Eccles. 3.*

Describitur quidem Landsassus communiter ex Gilmanno, quòd sit homo Jurisdictionalis, cui in omnibus mandari & præcipi possit, Casp. Ziegler. *ad Aur. Prax Nicol. Calvoli. §. Landsassii. conclus. 1. n. 14.* Sed hanc descriptionem minùs accuratam esse, & tantùm formam genericam continere arbitror, adeoque etiam prædicari posse de Subditis infimi ordinis **Unterthanen oder Untersassen** / quod admodum ridiculum foret.

Quare Landsassum ex usu & moribus hodiernis, imprimis nostrarum Provinciarum Saxonicarum hìc eum intelligo subditum, qui gaudet aliqua dignitate & potestate sive jurisdictione. Befold. *Thef. Pract. Voc. Landsass. §. Et licet Landsassu.* Dn. Limnæus *de Jure Publ. Lib. VI. Cap. 4. n. 3.*

Porro Territoria Statuum pro lubitu in ulteriores partes subdivisa cernuntur, cum primis verò in CIRCULOS vel PRÆFECTURAS **Creyse und Aemter** : In quibus iterum alia prædia majora & castra cum jurisdictione in subditos, **Landsässige Güter** ; alia minora absque jurisdictione & dignitate, **Bauern Güter**. Non omnes enim

Subditi sive possessores prædiorum in territorio sitorum, ut jam monuimus, sed tantum Majorum sive Landsassorum dicuntur Landsassii: Ex eo Landsassii sub Præfecturarum jurisdictione dicuntur **Amtsassen** / die unter den **Aemtern sitzen** / & Præfectis subsunt.

Cum denique Status Imperii quosdam Landsassiorum certis ex causis jurisdictione Præfectorum exemerint, & sibi aut Regimini suo immediatè subjectos esse voluerint: Hinc orta est altera Landsassiorum species, qui vocantur **die Schrift/oder Canzley Sassen** / *Be-sold. Thes. Pract. voc. Amt=Sassen & voc. Schrift=Sassen.* Sunt autem **SCHRIFTSASSII** nihil aliud quam Landsassii immediatè Jurisdictioni Domini Territorialis ejusve Curiaë subjecti. Forma ergò & Essentia eorum consistit in **IMMEDIETATE SUBJECTIONIS**, atq; hac ratione differunt ab Amtsassiis. Ratio denominationis petita est ab effectu, nempe à jure illo & prærogativa, ut iis non nisi scriptis præcipiatur: etsi enim aliàs generatim Nobiles scriptis citandi per *l. 17. §. 1. C. de dignitat. lib. 12. ibiq; Dn. Brunnem. §. ad privativa. n. VI. cum allegatis. Dn. Limn. de Jur. Publ. Lib. VI. Cap. 4. n. 43.* non tamen omnes Rescriptis Principum, sed quidam eorum præceptis Præfectorum tenentur parere. Vox itaque **Schrift** in hoc nomine & quando dicuntur **us Schrift sitzen** / *Ordin. Provinc. Electoris Mauritii, de Anno 1543. quæ habetur Corp. Nov. Sax. pag. 31.* accipitur **PRESSE** & κατ' ἐξοχήν pro Rescripto Domini vel Curiaë **Canzley=Schrift** / **Ober-Hofgerichts=Ordn. Tit. wer vor das Ober-Hofgerichte mag geladen werden. ibi: die den Aemtern nicht unterworffen/ die keinem Amte zugethan/ sondern die auf sonderliche Schrift unser Canzley sitzen** / *Corp. Nov. Sax.*

pag.

pag. 137. Unde etiam dicuntur **Canzley Schrifft**
Sassen/ Ordin. Prov. C. N. S. pag. 43. c. Nec non Elector
Ernestus & Albertus Fratres & Duces Saxoniae in *prima*
Ordinatione Provinciali, quae habetur impressa de Anno
1482. C. N. S. pag. 11. eleganti & notabili utuntur *weyßegors*
in fine ejus dicentes: **Allen Prælaten/ Grafen/ Herren/**
der Ritterschafft/ den Städten/ und unsern Amtleuten/
als des Herkommen/ und den wir in andern Sachen
zu schreiben pflegen.

Emanant itaque ad Schriftfassios solum Rescripta
immediatè à Principe, sive Princeps aut Cancellaria ejus
nomine iis imperitat, quod contrà fit in Amtfassis, qui
Toparchis Præfectis vel Quæstoribus subjiciuntur & præ-
ceptis eorum parere tenentur, Andr. Knichen. *de vestitur.*
action. Part. 2. Cap. 5. n. 1. 2. 3. Id. *de Sax. non provoc. jur.*
Verb. Ducum. Cap. 6. num. 23. & ex eo Casp. Ziegl. *ad Aur.*
Prax. Nic. Calvol. §. Schriftfassii.

Quando autem distinctio hæc nata sit non conve-
nit inter Doctores, & fortassis infra pluribus agetur : Ex
allegata tamen *Ordinatione de Anno 1482.* patet, eam satis
antiquam esse. Sequitur, nunc

CAPUT II.

De

Materia seu Objecto.

Materia, cui Jus Schriftfassitatis inhæret, tanquam
subjecto accidens, regulariter est prædium vel ca-
strum, vel oppidum, vel alius locus & pars Territorii IM-
MEDIATE Domino territoriali subjecta. **Ein Schrifte-**
fassiu

Schiffiger Ort / Tales sunt in nostris Provinciis Saxo-
NICIS URBES vel OPPIDA, **Schiffschiffige Städte** / CA-
STRA & FEUDA NOBILIUM **Kitter-Güter** / nec non PRÆ-
LATURÆ & COENOBIA **geistliche Güter** / quò etiam ACA-
DEMIÆ pertinent, Dn. Carpz. *Proc. Civ. Tit. 2. Art. 2. n. 164.*
& *seqq.* ubi inprimis prærogativam Academiae Lipsiensis
laudat, quò nempe in ea singulæ quoque Facultates pro
Schiffschiffis habeantur, conf. Eund. *Part. 2. Defin. Eccles.*
204.

Sed & COMITES, BARONES & DYNASTÆ possidentes
Præfecturas vel Dynastias sub Territorio Principis inter
Schiffschiffos numerantur, licet alias terras sub Imperio
immediatè etiam possideant, ut patet ex *Matricula Curia*
Lips. de Anno 1609. Magnif. Dn. Richter. *Tr. de Signif. Ad-*
verb. Adverb. Immediatè. Casp. Ziegl. §. *Landschiffi. concl. 1.*
n. 23. Sic PRÆECTI & QUÆSTORES ratione Præfectura-
rum suarum sunt Schiffschiffi. Dn. Carpz. *Proc. Civ. Tit. 2.*
Art. 2. num. 127. Interdum etiam AEDES solæ in oppidis
Freyhäuser Schiffschiffitate privilegiatæ cernuntur.

DIXI REGULARITER inhærere Rei, hinc patet, Jus hoc
non inhærere personæ, tanquam Jus personale, sed Rei
velut Jus Reale. Hinc in *Novissimis Resolutionibus Provinc.*
dicitur **die Schiffschiffigkeit wird uf die Güter**
erlanget. *C. N. S. pag. 89.* Etsi enim videtur cohærere
personæ, & per consequens esse Jus Personale : tamen
Schiffschiffitas & jurisdictio perinde se habent, ea cohæret
quidem personæ Magistratûs secundùm quid, i. e. respe-
ctu exercitii ipsius jurisdictionis, sed universaliter cohæ-
ret subjecto territorio, cujus latitudinem & longitudinem
non egreditur, sunt verba Franc. Zoannetti *Tr. de Emt. &*
vend. sub pact. retrovendit. n. 207. ubi & Bartolum hanc in
rem

rem allegat, dicentem; quòd omnis jurisdictio ordinaria territorio cohæreat. Quæ assertio nostris moribus, ubi Jurisdictio Patrimonialis reddita fuit, verissima est: Vel ut Ziegler. *ad Calvol. §. Schriftsaffii n. 7.* autore Baldo explicat, jurisdictionem in persona jus dicentis activè, in territorio sive loco subjecto passivè & materialiter inhærere, Wesenb. *Parat. de Jurisd. n. 10.* Ad eundem igitur modum etiam Schriftsaffitas prædio feudòve inhæret, atque ex ejus possessione denominatur Schriftsaffius. Sic per nobilis feudi investituram nobilitas ejus & ipsi rei quodammodo inhærentia jura, quæ semel ei accommodata sunt conferuntur, licet ignobilis teneat, & ignobile feudum, quamvis à nobili possideatur, plebejum manet. Magnif. Dn Struvius JCrus & in Illustri Salana Antecessor celeberrimus, Præceptor itidem & Præses ætatem de-
venerandus *Syntagm. Jur. Feudal. Cap. 3. apb. 8.*

Est tamen ubi SOLIUS OFFICII intuitu & citra possessionem bonorum immediatè subjectorum Curia Principalis, SCHRIFTSASSITAS cernitur, ut in OFFICIALIBUS IMMEDIATIS, quibus nulla bonorum immobilium immediatorum administratio commissa: Quæ tamen species Schriftsaffitatis personalis, non est species Landsaffitatis seu subjectionis Realis, nec tales sortitur effectus.

CAPUT III.

De

Causa Efficiente.

Hætenus de Causis Schriftsaffitatis internis, consequens est ut de Externis dispiciamus: Efficiente nimirum atque Finali. Causa igitur Schriftsaffitatis Prin-
cipalis

cipalis est SUPERIORITAS TERRITORIALIS : Dominus enim Territorii pro lubitu illud in alias particulas partiri, iisque modò hanc, modò illam qualitatem tribuere potest, stat- que in ejus arbitrio, numquid immediatè sibi Landsassium subesse velit, nècne. Quod tamen semel admissum in Landsassii præjudicium mutari non debet.

MODUS ergò Schriftassitatem acquirendi PRIMUS est VOLUNTAS sive CONCESSIO DOMINI TERRITORIALIS : Quamprimùm enim Dominus alicui castrum vel feudum cum ejusmodi qualitate concedit, eo ipso acquisitio facta censetur, conf. Magnif. Dn. Præsid. *Syntagm. Jur. Feud. Cap. 7. apb. 11.*

CONCESSIO autem vel est EXPRESSA, & fit 1. SIMPLICITER & ABSOLUTE, quando Dominus Territorii disertis verbis formalibus Landsassio Schriftassitatem impertitur ejusque feudum cum omnibus pertinentiis, jurisdictioni Præfectorum prorsus & exasse eximit, 2. SUB MODO ET CONDITIONE : Alii enim SECUNDUM QUID constituuntur Schriftassii, quorum feuda tantùm ex parte jurisdictioni Præfectorum eximuntur, ex parte adhuc subjecta manent, veluti quoad Jus collectarum, sequelæ, & similia; Atque ex hac ratione discrimen ortum SCHRIFTSASSIORUM VETERUM & NOVORUM in THURINGIA, imprimis PRÆFECTURA FRIBURGENSE : VETERES enim sunt simpliciter exempti, & in pagis ipsorum Præfectis nihil quicquam competit, NOVI ex parte tantùm, ubi Præfecturis quædam reservata fuere : Rursus QUIBUSDAM Schriftassitas tanquam PERSONALE PRIVILEGIUM **und nur auf ihre Person** / respectu cujusdam feudi concessa est, quæ cum persona etiam exspirat, & successores & heredes hoc jure non gaudent, sed res ad pristinum statum postmodùm redit.

redit. Quæ omnia ex LITERIS CONCESSIONIS VEL OBSERVANTIA cujusque loci interpretanda veniunt, nec certis & determinatis regulis comprehendi possunt.

Vel TACITA: Nam concessione Jurisdictionis omnimodæ, & simili facto, concessa etiam videtur Schriftfässitas, unde & Conductores Jurisdictionis Altæ pro Schriftfässis ex more & consuetudine reputantur: castro tamen, civitate aut pago vel simili concessio non statim etiam concessa intelligitur jurisdictio, sed re ipsa distincta manent, ita ut, licet alius jurisdictionem habeat, possit quis pagum, & alia ejus emolumenta habere, prout docet cum Knichenio jam laudatus Magnif. Dn. Præses *Syntagm. Jur. Feud. Cap. VI. apb. 10. n. 4.* nisi neque ex specialibus neque ex generalibus verbis investituræ appareat, Jurisdictionem simul collatam esse, Dn. Struv. *d. l. Menoch. lib. 3. presumt. 98.* Imprimis autem Quæritur hîc num castro vel prædio in genere & absolute cum jurisdictione in feudum concessio, intelligatur etiam concessa jurisdictio superior? **Die Obergerichte / Halsgerichte.** Quod rectissime negat Magnif. Dn. Præses *d. C. VI. apborism. 18. num. 4.* Quamvis enim jurisdictionis appellatio videatur esse generalis, generaliter autem dicta generaliter intelligi debeant: quia tamen singularis illa species ob magis graves & arduas quas continet causas, specialem requirit concessionem, *arg. l. 1. de offic. ejus cui mand.* ideò in dubio solum videtur concessa inferior. Et hanc sententiam quoque fovet Dn. Carpz. *Disp. Feud. 4. Tb. 24.* Videtur quidem ab eadem *Jurispr. Forens. Part. 2. Const. 40. Def. 6. & Prax. Crimin. P. 3. quest. 109. num. 89.* rursus abire; Sed puto hoc modo eum conciliari posse. Nam in allegatis locis præsupponit, quasi non simplex

concessa esset jurisdictio; sed etiam plena sive omnimoda, quod ex annexis præjudiciis apparet, maximè in *Prax. Crimin.* ubi JURISDICTIONUM **Der Gerichte** in PLURALI facit mentionem, laudatque literas vestiturarum, quæ indefinita æquipolleat huic propositioni, omni sive plenariæ jurisdictioni: Hinc in *d. Disp. Feud.* statim hanc subjicit limitationem, secus esse si Princeps dixerit: *Wir be-
lehn dich mit diesem Flecken samt allem Gerichte/* vel: *Wir belehnen dich mit diesem Flecken samt aller Obrigkeit/* quibus verbis omnimodam jurisdictionem intelligit, & sic contrarietas quodammodo dilueretur. Contrariis argumentis satisfacit prolixè Menoch. *lib. 3. præsumt. 97. n. 15. seqq.* Knichen. *de vestit. pact. P. 2. Cap. 1. n. 59.*

De cætero utrum jurisdictio per feudum collata, privativè an cumulativè concessa censeatur à Doctoribus confusè & perplexè disquiritur; Sed solidiùs cum Magnif. Dn. Præs. *d. C. VI. apb. 18. n. 6.* statuitur, convenientiùs dici, quòd nec privativè nec cumulativè sed subordinatè concedatur jurisdictio, quæ subordinatio cessat, quando Princeps, causa ad ipsum delata jus dicit.

ALTER MODUS acquirendi Schriftfassitatem est PRÆSCRIPTIO: Ad eam autem requiritur 1. possessio alicujus feudi sub qualitate Schriftfassitatis, sine possessione enim nulla præscriptio contingere potest, *l. 25. ff. de usurpat. & usucap.* quæ possessio inducitur, si quis se ratione feudi, quod possidet, pro Schriftfassio gerat. 2. requiritur continuatio ejusmodi possessionis de Jure Sax. per 31. annos, junctis 6. hebdomadis, & tribus diebus Dn. Carpz. *P. 2. Const. 3. Def. 3.* Jure quidem Feudali Sax. etiam tantum 30. annorum præscriptio dicitur frequentari, Magnif. Dn. Præs. *Syntagm. Jur. Feud. C. VIII. n. 3.* Sed quia Schrift-
fassi-

fassatus non ex Jure Feudi, sed ex Jure Territorii æsti-
mandus, & quia jus est, ideò non immeritò ut cætera jura
& actiones Jure Sax. præscribitur: Sic & Revocatoriam
non nisi 30. annis anno & die præscribi, ex Carpz. P. 2. C.
50. Def. 5. monet prælaudatus Magnif. Dn. Præses Synt.
Jur. Feud. C. 13. apb. 18. n. 1. si enim à Præfecto citatus aut
requisitus ejusmodi feudi possessor ei contradicat, & se
ceu immediatè subditum agat, idque toties quoties occa-
sio eveniat, legitimè continuet, tunc præscriptione tutus
erit, Knichen de vestit. pact. P. 2. Cap. 5. n. 2. Ziegl. ad Cal-
vol. §. Schriftfassu, concl. 1. in fin. quod tamen vix fieri pos-
se Knichen d. l. autumat. 3. requiritur secundùm Jus Ca-
nonicum, quod usu observatur bona fides & quidem tam
initio quam progressu præscriptionis, cap. 5. §. ult. extr. de
prescript. Hæc tamen bona fides præsumitur ex cursu
dicti temporis per l. ult. C. unde vi. Heig, P. 1. Quest. 16. n.
56. & allegans malam fidem probare eam debet, Magnif.
Dn. Struv, Synt. Jur. Feud. C. VIII. apb. 12. n. 13. Dn. Carpz.
1. Resp. 84. n. 22.

CAPUT IV.

De

Causa Finali & Origine.

Causa introductæ hujusmodi differentia Landsassio-
rum valdè diversa fuisse videtur. Præcipuam autem
existimo DIGNITATEM PRINCIPIS: Namque habere Sub-
ditos non promiscuè plebejos homines atque rusticos, sed
etiam dignitate atque potestate aliqua præditos, auget
certè dignitatem Domini. Hinc dicit Tacitus libell. de Mo-
rib. German. Principes plurimos & acerrimos comites ha-
buisse.

B 3

buisse.

buisse. Hæc dignitas, hæc vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello presidium. Nec solum in sua gente cuiq, sed apud finitimas quoq, civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat: & paulò post de illis comitibus inter alia hæc scribit: Infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem Principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoq, fortia facta gloria ejus assignare, præcipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, comites pro Principe.

Refert porrò maximè, eos sibi potissimum clientes devincire, quorum virtute Provinciam suam continere in fide Princeps potest, aut benè jam meritos gratia ac privilegio adaugere. Vid. Sigon. *Annal. Carol. M. Lib. 7. Ann. 973.*

Deinde expedita autoritatis obtinendæ ratio est, si Princeps non promiscuè ad omnes rescribat, & nomen suum ubivis vulget: Ut enim haud decorum est Principi, omnibus esse affabilem, sed discrimen in eo habendum, cum omninò abstractione quâdam opus iis qui gubernant, & ne nimis se vulgent. Schönborn. *Polit. lib. 2. Cap. 28.* Lipsius 2. *Polit. Cap. 16. n. 10. & lib. 4. Cap. 8. n. 9.* & majestatis major ex longinquo reverentia. Tacit. 1. *Annal.* Ita etiam in Rescribendo observandum est discrimen, ne Principis nomen in contemptum abeat.

Tandem cum Principis humeris totum regni negotium incumbat, & magnis fatis & gravibus onustus sit curis, expedit, ut sublevetur Princeps nonnullis negotiis, inconsultum enim videtur omnibus ac singulis immediate & quibusvis in causis jus velle dicere, & ad eos rescribere, quod exemplo Mosis patet *Exod. 18. v. 18.* & omnium pene Principum. Quæ etiam causa est constitutorum

Tri-

Tribunalium Provincialium, ut videlicet molestiarum
judicialium sarcina Principi minueretur. Berlich. 1. con-
clus. 3. 18.

Deniq; non solius Principis sed & subditorum gra-
tia hoc inventum, ut quidam eorum participes fierent
jurisdictionis & administrationis Reip. quò Leges & jura
Patriæ, & Libertas Germanica eò minùs minueretur.
Hinc in plerisque fermè Germaniæ Provinciis ejusmodi
discrimen videre est, licèt alio atque alio exprimaturs no-
mine conf. Dn. Limn. *de Jur. Publ. Lib. VI. Cap. 4.*

Origo autem hujus differentiæ valdè in bivio am-
biguæque disquisitionis est, nec convenit de ea ut *suprà*
Cap. 1. dixi, Doctoribus: Alii enim alios excogitant fines
& occasiones Knichen *de pact. vestit. P. II. Cap. V. num. 6.*
existimat, Principum destinatione cœpisse, prisco siqui-
dem ævo tot hosticis incursionibus & diffidationibus
pullulantibus Præfecturis pro re nata prospiciendum fu-
isse, ut Nobiles ad requisitionem Præfecti succurrerent,
unde difficilioris quosdam redditos fuisse conditionis,
qui & Domino & Præfectis parere hoc modo coacti sunt.
Ex hac sententia Knichenii sequeretur, differentiam
hanc successu temporis irrepsisse.

Alii discrimen in eo ponunt, quòd Nobiles quidam
prædia rustica sub Præfecturis ita acquisierint, posteaque
qualitati feudali subjecerint, quæ tamen jurisdictioni Præ-
fecturæ subtrahi nequivère: Unde porrò factum ut No-
biles alii prædia ista acquirentes Præfecturæ jurisdictioni
ac imperio se subjecerint Casp. Ziegler. *ad Prax. Aur. Ni-
col. Calvol. §. Schriftfassn. n. 4.* Dn. Carpzov. *Process. Civil.*
Tit. II. Art. II. n. 160. Quod tamen non placet laudato
jam Knichenio. Sed cum ab initio hujus capituli dix-
rim,

tim, causam potissimam hujus differentiae Dignitatem Principis fuisse, ita facile conjici potest, ex nutu etiam & voluntate Domini pependisse, quibus hanc prerogativam concedere, & quos jurisdictione Praefectorum eximere voluerit: Manet ergo ex gratia aliisve certis de causis quosdam praesertim benemeritos & dignitatis splendore eminentiores hoc jure donatos & Praefectorum jurisdictione exemptos fuisse, quia generosae mentes Praefectis interdum duris & morosis parere impatientes exstiterunt. Sicut autem jus hoc regulariter Rei inhæret, (*suprà Cap. II.*) ita originem & distinctionem hanc simul etiam cum feudis natam & quibusdam statim cum praediis illud jus concessum fuisse arbitror, vide quoque Magnif. Dn. Praesid. *Syntagm. Jur. Feud. Cap. I. aph. 3. & Cap. VI. aph. 10. n. 5.* Prætereà apparet ex prima allegata Ordinatione Provinciali *de Anno 1482. suprà Cap. I.* eam differentiam satis antiquam esse. Sufficiat interim cum Dn. Carpzovio *Proc. Civ. d. l. de vero & genuino Schriftfassioren significatu constare.*

CAPUT V.

De

Effectu & quæ Schriftfassiis plerumque competunt.

EFFECTUS proprius Schriftfassioren primò se prodit ex forma & Essentia eorum, & consistit in Exemptione à Jurisdictione Praefectorum vel aliorum Magistratuum inferiorum. Hinc nullus Schriftfassioren subest jurisdictioni Praefectorum: Ratio ex antedictis satis constat, quia
im-

immediatè subest jurisdictioni Domini Territorialis, for-
titurque primam instantiam in aula & Cancellaria Do-
mini, ibique conveniri, neque ad Præfecturastrahi de-
bet, *Ordin. Provinc. Elect. Maurit. de Anno 1550.* quæ habe-
tur *Corp. Nov. Sax. p. 31. Ordin. Appell. Tit. Wer vor unser
Appellation Gerichte geladen/in pr. Welche als Canzley
und Schrift-Sassen ohne das vor Uns und unsern zur
Regierung verordneten Râthen zu stehen schuldig seyn/
Dn. Carpzov. Proc. Civ. Tit. H. A. 2. num. 162.* Hinc dicit
Casp. Ziegl. *ad Aur. Prax. Nicol. Calvol. §. Schriftfassii con-
clus. 1.* in hoc consistere formalem & specificam Nobili-
um ita separatorum differentiam. Et cum Judicia Cu-
rrialia concurrentem cum Aula habeant jurisdictionem
expeditum inde redditur in Curiis quoque Provinciali-
bus instantiam Schriftfassiorum primam fundatam esse,
Dn. Carpzov. *d. l. n. 163. Berlich. 1. conclus. 3. n. 7. Caspar.
Ziegl. ad Aur. Prax. Nicol. Calvol. §. Schriftfassii conclus. 2.
n. 1.* Quam concurrentiam jurisdictionis quoque habet
Reverendissimus & Serenissimus Dux Mauritius, Domi-
nus meus clementissimus quoad Schriftfassios Electorales
Voigtlandicos, qui sub Præfecturis ipsius degunt *ex pecu-
liari Recessu.* Porrò non solum Schriftfassii, sed & eo-
rum liberi coram Curiis conveniuntur in prima in-
stantia, etsi Parentes jurisdictione gaudeant, quia cum
Patre pro una habentur persona, & vivo etiam Patre
quodammodo rerum paternarum domini existimantur,
adeoque etiam jurisdictionis, *l. 11. ff. de liber. & postum.*
Par autem in parem non habet imperium, *l. 4. ff. de ar-
bitr. Modest. Pistor. quest. 169. Matth. Steph. de Jurisdic-
lib. 1. cap. 1. n. 73. Ziegl. ad Calvol. §. Schriftfassii. conclus. 2.
in fin. & §. Nobiles. concl. 1. n. 14.* Quanquam autem Cu-
C rix

riæ Provinciales concurrentem cum Aula & Senatu Appellationum habeant jurisdictionem, & coram iis ratione Schriftassiorum prima instantia fundata sit, ab earundem tamen jurisdictione quidam speciali Privilegio exemptuntur, quali Privilegio & immunitate, ut in iudicio Curiali Lipsiensi non cogatur comparere & litigare, Senatus Schneebergensis gaudet, Berlich. 1. concl. 3. n. 16. Ziegl. 5. Schriftassii. concl. 2. n. 9. Quod privilegium Exemptionis Senatus Annaber gensis quoque habere dicitur.

Dixi: Nullum Schriftassium subesse jurisdictioni Præfectorum: Hæc tamen assertio declaranda est secundum differentias Schriftassiorum, de quibus *suprà Cap. III* qui enim per omnia & ex asse sunt immediati, hi quoque ex asse sunt exempti: contra qui tantum ex parte immediati, simili modo etiam exempti & ex parte adhuc subiecti sunt. Deinde intelligenda ea de jurisdictione ordinaria: namque per viam Commissionis utique jurisdictioni Præfectorum subijciuntur, sed delegatæ, nisi per pacta conventa etiam ab hac tali jurisdictione sint exempti, quale Pactum inter Reverendissimum & Serenissimum Dn. Augustum Administratorem Archi-Episcopatus Magdeburgensis & Schriftassios Præfecturarum Weisfelsensis & Friburgensis intervenisse dicitur, ne illi per modum delegatæ jurisdictionis ad Præfecturas trahi debeant, nisi ipsi velint. Quantumvis ergo non subsint Præfecturis, ad eas tamen refertur **INCORPORATIO, die Bezirkung in gewisse Aemter** / Regulariter enim vicinæ Præfecturæ adscribuntur, & in Schriftassios Amtassiosque dividuntur, quod patet ex *Mandato de duellis Elect. Joh. Georg. I. de Anno 1653. 30. Junii*, in fine: **Wie wir dann unsern Obern Haupt- und Ambts- Haupt-Leuten/ daß sie**

Ne dieses unser *general Patent* iegliches Orts einbezirk-
ten Schrift- oder Abmt-Sässigen von Adel und andern
gewöhnlichen Brauch nach *publiciren*, *Corp. Nov. Sax. p. 256.*
& ex omnibus fermè Ordinationibus Provincialibus: Et
hoc sanè de iis Schriftsässis, qui ex parte jurisdictioni
Præfectorum adhuc subjecti sunt, ut Schriftsässii Novi in
Thuringia dubitationem nullam recipit; Sed quòd &
isti, qui Præfecturis nullo modo parent, istarum tamen
uni certæ accenseantur, rationem eam puto, quòd intra
fines istius præfecturæ situm sit plerumque feudum illud
Schriftsässicum, adeoque in Præfectura sit, quamvis non
de Præfectura, si licet ita imitari *Dd* vulgarem distin-
ctionem in & de territorio esse, prætereà fortassis olim et-
iam jurisdictioni ejus fuit subjectum, postea verò Exemptio-
nè nactum est: Accedit & altera ratio ex Fine oriunda, ut
certus sit Executor & Exactor Mandatorum & Decreto-
rum Domini Territorialis. Etsi enim Schriftsässii im-
mediatè subjecti sunt Domino ejusque Curia, tamen non
ipse aut ejus Curia exequitur Mandata & sententias; sed
illud fit per aliquem Executore mediatum, tanquã Com-
missarium, cui etiam prætereà cognitio causæ, inspectio
ocularis & alia negotia circa Schriftsässios committi ne-
cessitas postulat, *Dn. Carpz. Proc. Civ. Tit. II. A. III. n. 7. 8.*
conf. etiam Perquàm Generosi *Dn. à Seckendorff. Can-*
cellarii Saxo-Numburgici Eminentissimi & Patroni mei
Magni Deutschen Fürsten-Staat Addit. ad Cap. 2. §. 8.
quem in finem & pro majori dignitate Schriftsässiorum
constituti cernuntur præter Præfectos etiam Capitanei
Circulares *Creyß- oder Lands- vel Ambts-Haupt-Leute*
ex Nobilibus. Hæc tamen ratio ad eas tantum pertinet
provincias, quæ in Præfecturas partitæ sunt.

Gaudent autem I. Schriftfassi hâc dignitate, ut iis à Principe ejusve Curia immediatè rescribatur & insinuetur, hâc enim prærogativa pollent præ Amtfassis, ex quo etiam in nuperis diætis Provincialibus conquesti sunt, quasi Mandata ad Præfectos emissa & nulla differentia Schriftfassiorum & Amtfassiorum observata fuisset, Vid. *Neue Land-Tags Erledigung Tit. von Justitien Sachsen/ §. 61.* Hinc etiam Schriftfassiorum in Mandatis & Pragmaticis Sanctionibus expressa fit mentio & ad eos simul expresso nomine dirigitur Mandatum, ut videre est *Mandato von Einspeñigen und Herrenlosen Knechten in Ord. Prov. 1555. Corp. Nov. Sax. p. 43.*

II. Competit Schriftfassis jus condendi & renovandi statuta, sic videmus urbibus Schriftfassicis hoc jus indultum fuisse ex *Ordin. Prov. Elect. Mauriti Tit. Von Ordnung und Freyheit der Stadt etc.* Wir ordnen und wollen auch/ welche Städte auf Schrift sitzen/ daß sie in dergleichen Sachen die Policeny belangen/ Ordnung aufricht/ und die alten Ordnung wieder erneuern/ doch in alle wege uns der Berenderung oder Verbesserung vorbehalten. *Corp. Nov. Sax. p. 31.* quod ex paritate rationis etiam ad Nobiles Schriftfassios extenditur, quibus oppida sunt subiecta, vel saltem ejusmodi loca, in quibus statuta locum habere possunt; immunitatis enim & hujus privilegii ratio ea videtur, quod Schriftfassis plerumque etiam concessa sit jurisdictio omnimoda, atqui jurisditionis omnimodæ effectum esse jus statuta faciendi Heig. *P. 1. qu. 23. n. 31.* Ziegl. *ad Calvol. §. Civitas. concl. 1. n. 28. 30.* Sed an hæc Statuta absque Domini Territorialis confirmatione valeant disputant Dd. Quidam illud simpliciter affirmant, cum quibus & Heigius & Zieglerus faciunt,

tar-

tandem verò concludunt, consultius & tutius esse super
statutis requirere ad sensum & confirmationem Princi-
pis. Dn. Carpz. autem omninò id necessarium existimat,
tùm propter observantiam, tum propter rationem juris,
quia jus Statuta faciendi pertineat ad Superioritatem,
Proc. Civ. Tit. II. A. II. in fin. Sed fortassis magis Confir-
matio & causæ cognitio, vel æquitatis arbitrium si nimi-
rum quid iniusti contineant eò spectat, quod & ex eo li-
quet, quia Princeps sibi reservavit potestatem mutandi &
augendi.

III. Gaudent Schriftfassi Jurisdictione in feudo
suo & super subditos eò pertinentes, eorumque fundos.
Cum verò etiam Amtfassi non omni destituantur juris-
dictione, igitur ut prærogativam habeant Schriftfassi,
plerumque etiam jurisdictione superiori mit den Ober-
Gerichten sunt ornati, Generos. Dn. à Seckendorff.
Deutsch. Fürsten-Staat. P. 1. C. 4. §. 3. Et hoc quoad
Schriftfassios Veteres perpetuum est, de aliis autem ex ob-
servantia & literis concessionis ut *suprà Cap. 3.* monui ju-
dicandum, conf. prælaud. Dn. à Seckendorff. *Deutsch.
Fürst. Staat. Addit. ad Cap. IX.*

In hoc etiam IV. constituerunt Schriftfassiorum
prærogativam, quod à satisfactione immunes essent, Amt-
fassios autem satisfacere teneri, si Schriftfassium peterent
coràm Tribunali Ziegl. *ad Calvol. §. Schriftfassiu, conclus.
2. n. 2. Berlich. 1. conclus. 20. r. & seqq.* Sed cum hæc sen-
tentia correctæ & abrogata sit, *N. G. S. Tit. 13. Carpzov.
Proc. Civ. Tit. II. A. II. n. 171.* plura addere supervacuum
est.

Interpretatio autem concessæ Schriftfassitatis est
stricti juris, adeoque non extendenda : Quamvis enim

alicui concessa sit Schriftassitas, cujus subditi servitatem debent Præfecturæ, is licet quoad jurisdictionem exemptus est præfecturali potestati, nequaquam tamen quoad servitia subditorum, ut patet ex *Novissimis Resolutionibus de Anno 1661. p. 89.* & iis quæ *Cap. 3.* jam dicta, diversa enim sunt Schriftassitas & servitia Præfecturis debita, nec ab uno ad alterum argumentari licet, *Chur- und Fürstl. Sächsl. Hauptvergleich §. XV. n. 5.* ubi etiam de Processu in puncto litigiosæ Schriftassitatis agitur *num. 8.* Et tantum in præsentia de Schriftassitis; Si quid minus accuratè dictum vel in hac confusa & dubia materia erratum sit, meliorem informationem & veniam homo ab homine spero.

S. D. G.

DUm meritos confert sacrata The-
mistihonores,
mille alii laudes votaq; mille ferant.
Augeat ut coeptos supremum Numen
honores,
non ego vota TIBI sed dabo vota
DEO.

*Honoris & benevolentiae
causa f.*

Christoph. Philip Richter / D.
C.P.C.P. Colleg. Jur. Ordinarius.

ARtem & virtutem sequitur bene gloria
vivax:

Augescat, voyeo, lausque decusq; Tuum!

Præclarissimo

DN. DOCTORANDO,
Fautori & amico co-
lendo

hoc autoscbediasmate

Ὁ Φημεῖ

Georgius Adamus Struve / D.

F I N I S.

Refi
 te constit
 Si q
 prædium
 actu habe
ff. ad mun.
 in illo loc
 mani Ci
 nostris me
 DINES S
 pibus aut
 Tan
 rate & jur
 necessariò
 SUBJECTIO
 cit SUBDIT
 Den
 ditionis &
 natus est,
 Dn. Rich
 nentis. D
 devenerat
 Illor
 ria præter
 jus tales fu
 mur, ita d
 fumus foll
 VERSALE
 den/ejusc
 immediat
 DITUS, qua

ne aut civita-
 habet tamen
 unc etfi non
Sola domus. 13.
 S CIVITATIS
 os enim Ro-
 l. vocant, hi
 S ATQUE OR-
 nen Munici-
 e commodi-
 icilii; neque
 onfert tamen
 SITÆ, & fa-
 ejus Juris-
 em possessio-
 onf. Magnif.
 Salana emi-
 antia cultu
 mediatè.
 fumus, va-
 respectu cu-
 s non mora-
 nico modò
 nium UNI-
 eichs/Bo
 Sasse/qui
 mperii SUB-
 nia, Svevia,
 &

&
 No
 die
 Su
 Im
 na
 CIA
 Ter
 ge
 Dn
 ma
 ma
 col
 pti
 rica
 de S
 qu
 imp
 eun
 pot
 saz.
 Cap
 par
 vel
 rum
 dito
 ctio

